clerici seu ordines ecclesiae postulabant
eum cum lacrimis dicens; Tu pastor noster
si a nobis fueris ablatus quem faciemus uni
uerso gregi tuo pastorem aut quem docto
rem uitae inueniemus aeternae sicut te ipsum
quem quid possimus ubi pastor non est pas
cua inuenire; Si n autem & nos omnes una
tecum moriamur; Beatissimus autem er
magoras confortans animos iussit eis ordi
nare nomine fortunatum archidiaconem
discipulum suum quem ipse ex infantia cum
di enutrierat timore; quedam mulier uidua
inlustris alexandria nomine timens dm̄ au
diens beatissimum hermagoram s̄ēm di esse
& tantas in carcere fecisse uirtutes misit secre
te ad pontianum carcerarium ut noctis silentio
ad eum ingrederetur; erat enim oculis apertis
nihil uidens; Dicebat uero quia si tetigerit ocu
los meos inuocato nomine xp̄i saluabor; quae
mulier perrexit nocte ad carcerem procidens
ad pedes s̄cī hermagorā epī dixit ei s̄cs herma
goras; Beata est fides qua prius quam audires
uerbum ueritatis mentem tuam bene fundasti
propterea inluminabit oculos corporis & cor
dis tui; Dn̄s ih̄s xp̄s; & faciens crucis signum super
oculos eius continuo uidit lumen & reuersa est
ad domum suam gaudens & dans gloriam dō
& ieiunauit tribus diebus; & mittens beatissimus
hermagoras fortunatum archi diaconem suum
baptizauit eam intra domum suam cum suis
omnibus in nomine patris & filii & sp̄s s̄cī; Post
aliquantos uero dies audiens seuastus praeses
de beata alexandria quia baptizata est a s̄cō
fortunato archidiacone iussit eum comprehen
di & ferro uinctum ad carcerem duci quē
cum uidisset s̄cs hermagoras dn̄o dō egit gratias
quia dignatus est eum cum eodem martyrium
suscipere; Per dies autem plurimos multa per eos
mirabilia dn̄s in carcere ostendit concurrentes

ad eos omnes uarias infirmitates habentes curabantur
ab eis in nomine ih̄u xp̄i dn̄i nr̄i; Videntes autem sacer
dotes paganorum colligentes populum incredulum
unanimiter uenerunt ad seuastum presidem
cum fustibus & lapidibus clamantes & dicentes;
ciuitas tota perit quia facis usque nunc uiuere homi
nem qui per magicas artes populum abertat & auertit
mentes eorum ut separentur a diis; tolle gemma occide
maleficum; Si n autem nolueris te ipsum interfici
emus & illum igne consumemus; tunc seuastus
praeses timens populum qui per eum crediderant
in nomine xp̄i misit nocte speculatorem & in
carcere decollauit beatissimum hermagorā ep̄m
& s̄cm̄ fortunatum archi diaconem eius quorum
corpora colligens pontianus custos carceris & omne
cruorem sanguinis colligens in unum collocauit
locum; audiens autem haec gregorius cuius filium
a demonio liberauit s̄cs di hermagoras & alexan
dria quae ab eo inluminata fuerat; Venerunt
nocte occulte cum linteaminibus mundis & ualde
preciosis & aromatibus condientes corpora s̄cōrum
martyrum sepelierunt ea foras murum ciuitatis
aquilegiae in agello memoratae alexandriae
in pace; Vniuersi autem uenientes ad corpus
beatissimi epī & martyris hermagorae primi aqui
legensis ciuitatis quacumque detenti fuissent
infirmitate sanitatem recipiebant in nomine
dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i; Martyrizatus est autem bea
tissimus di hermagoras episcopus una cum s̄cō
fortunato archi diacone suo IIII id. iulias
regnante dn̄o nr̄o ih̄u xp̄o cui est honor & glo
ria in saecula saeculorum AMEN

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0046